tionibus et Legalibus impedimentis non differens ad Quemvis Terminum ex nunc vel eundem citerea Ultra proximis Officii Capitan. Castrens. Premisliensis Terminos deleuens Sibi non recipiens nullis Largitionibus appellationibus ac earum Prosecutionibus faciens ac Dilationibus omnia quaevis Simplicibus vel triplicatis evasionibus Sopientiarum fatalitate iuris Terrae Temporibus belli Conventiones ac aliis quibusvis iuris remediis et defensionibus non Subterfugiendo Nec modo alio processu evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Sabbatho Pridie festi Sancti Martini Pontificis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo.

10/XI 1657

Drohoiowskich Coniugum mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premisliens. Generosi Andreas Drohoiowski ab Una et Theophila de Zabawy ab altera parte Coniuges Legitimi et quidem Consortes cum eiusdem Generosi mariti Sui Ut tutoris Coniugalis assistentia et Uterque ad infrascripta recognoscenda consensu Sanae mentis et corporis existentes a Regni Oblatis Iuribus Iurisdictionibusque quibusvis Exemptis et Competentiis recedentes praesentes ad Castrum

Capitan.

Capitanei Praemissi eis Iuridici quoad actum praesentem
attinet se cum Successoribus ac bonis suis qualiter omni sub
totaliter et plenarie incorporans et subjiciens palam
Libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet
illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi
sibi mutuo et invicem Una Pars alteri omnium quorumlibet bonorum
suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et im:
mobilium Summarumque quarumvis pecuniarum Nunc
habitorum et imposterum habendorum necnon auri argenti Clenodiorum
gemmarum stanni cupri orichalci Vestium Vestimentorum
quocunque materia et forma existentium Pecorum Pecudum
Equorum Equitiorum Utensilium Supellectilium denique omnium habitorum
et imposterum habendorum mutuam Successivitatem et Usumfructum
ad extrema duntaxat vitae suae tempora dederunt et concedentes
Faciendo tali ipso modo. Quod si praefatum Dominum Bo:
howszki maritum suum praedecere. Dominam Consortem eius
de hac luce decedere contigerit extunc supradicta Domina
Consors bona generaliter omnia atque Summas pecuniarum
quasvis morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni prae:
missorum Iure Dominio et proprietate competentes et perti:
salva quavis nullius penitus exceptione tenebit habe:
bit et possidebit illibate pacifice et quiete ad extrema vitae
suae fata Usufructuarie. Post mortem vero eiusdem Consortis suae
bona eadem generaliter omnia atque res in Universum omnes
ad Successores praedicti mariti sui sine quovis impedi:
mento eiusdem Consortis suae Successorum redibunt et de:
volventur. Similiter etiam Signum praefatam Consortem

1444

Drohowska quam supradictum maritum mori contigerit extunc supradictus Generosus Drohowski mariti bona ge:neraliter omnia morte eius Consorti suae derelicta cum omni Jurisdictione haereditate et proprietate omnibusque eorundem bonorum utilitatibus fructibus et emolumentis nullis penitus exclusis tenebit habebit et possidebit illaque pacifice usufructu ad extrema vitae suae tempora. Post mortem vero praedicti mariti sui Bona supradicta generaliter omnia atque res in universum omnes ad Successores memoratae Con:sortis suae sine quavis contradictione Successorum eiusdem mariti redire et devolvi debebunt et tenebuntur. Praesentatione personali Recognitione ad Acta mediante.

Drohoiowski Consorti suae Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Andreas Drohowski sanus mente et corpore existens a Terrenis Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo potenti vero Castrensi Capitaneali Pre:misliensi Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple:narie incorporans et subjiciens palam libere publice [illegible] expressum recognovit Quia ipse Generosae Theo:philae de Zabawy Consorti suae [illegible] eiusque [illegible] sum:mam Decem Millium florenorum Polonicalium monetae et

summam